



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Statv Regvlarivm. Titvlvs XVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Alexander IV. Fratrum predicatorum & minorum.

**N**on solum a: & infra. Licet zelum animarum habentes eas lucrari Domino sollicitè cupiatis, quia eam decet & expedit, ut conscientia puritati non desit iudicium rationis, ne unde spiritualis profectus quaeratur, salutis dispendium sublequatur: vobis de fratrum nostrorum consilio in virtute obedientiae, & sub poena excommunicationis auctoritate praesentium districtius inhibemus, ne ante annum probationis elapsum (qui est maxime in subsidium fragilitatis humanae regulariter infirmitas) quenquam ad professionem vestri ordinis, seu renunciationem in seculo faciendam recipere, nec institutum intra huiusmodi annum aliquatenus impedire, quò minus intra ipsum ad aliam religionem, quam maluerit, transeat: vel (nisi major tamen quatuordecim annis existens, professus sit tacite, vel expresse: aut evidenter constet illum vitam voluisse mutare: quod tamen non praesumitur, nisi clara probatione, vel competentibus iudiciis ostendatur) omninò ad seculum redeat, sicut de sua voluntate processerit, praesumatis. Quòd si forte contra hanc nostram prohibitionem, quenquam recipere praesumpseritis, decernimus eum (qui taliter receptus fuerit) nullatenus vestro esse ordini aligatum, vosque à receptione quorumlibet ad professionem eiusdem ordinis fore ipso facto suspensos, & insuper poenae subiacendos, quae fratribus ipsius ordinis pro culpis insigni gravioribus confuevit.

## CAP. III.

Decretalis, non solum extenditur ad omnes mendicantes: in alio vero professo expressè religioni, cui sit: tacita autem generaliter obligat intra annum. h. d. secundum Zen.

Bonifacius VIII.

**C**onstitutionem b Innocentianam, quae prohibet convertorum professionem recipi ante annum probationis elapsam, pie memoriae Alexand. Papa IV. praedecessor noster ad fratrum predicatorum & minorum ordines duntaxat declaravit extendi. Vnde nos pariformi similitudine rationis inducti, declarationem eandem ad aliorum mendicantium ordines prorogamus. In aliis autem religionis professio expresse vel tacite fieri potest licite intra annum. Sed expresse emissa (etiam seculari habitu non mutato) illi religioni e praecise obligat, quam profitens est professus. Tacite vero facta intra probationis annum per susceptionem habitus (qui profitentibus tantum datur) non illi specialiter, cuius habitus est susceptus, sed generaliter religioni alicui recipientem obligat, si etatis apte sit: si sciens & voluntarius ac triduo perseveret.

## CAP. IV.

Beneficium ingredientem religionem intra annum probationis exceptu casibus hic expressè non est alteri conferendum: interim tamen debet per alium beneficium deserviri, assignata eidem substitutione congrua portione, unde vivere possit. h. d. Ioan. de Fan.

Idem Parisiensis capitulo.

**B**eneficium a illius, qui religionem ingreditur, non est intra probationis annum alicui conferendum: nisi ad id ipsius accedat assensus, aut constet, quòd vitam voluerit absolute mutare, vel professionem expressam fecerit, seu scienter habitum receperit professorem. Sed interim eidem beneficio per alium deserviri debet, assignata sibi congrua de ipsius proventibus portione.

a Vid. omninò quod sancit novissimè Concil. Trident. circa professionem emittendam, sess. 23. tit. de regul. & monialibus, ca. 15. b Hic quoque tenendum quod sancit Concil. Trident. sess. 23. de regul. & monialibus, cap. 15. c Vid. l. precibus. Cod. de impu. & ali. substit. d Vid. Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 1. e al. Consensus.

## CAP. V.

Secundum votum solenne religionis, derogat priori simplici. h. d. Ioan. de Fan.

Idem.

**Q**ui a post votum à se de certa religione intranda emissum, religionem aliam etiam laxiorem ingreditur & proficitur in ipsa, potest (voto non obstante priori, cui tanquam simplici, per secundum solenne nocetur derogatum) manere licite in eadem. Pro voto tamen non completo, erit eidem poenitentia imponenda.

## CAP. VI.

Vacante monasterio conventus novum recipit Monachum, si commuiter ad Abbatem, & eos spectat: si ad Abbatem solum, sicut. h. d. Dominicus.

Idem.

**S**ed solum Abbatem pertineat creatio Monachorum: deo defuncto nequibit novus Monachus à conventu creari. Alias poterit, si eorum creatio spectat in sumum ad utrunque.

## DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

## TITVLVS XV.

## CAP. I.

Votum solenne quum per susceptionem sacri ordinis, vel per professionem factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam approbatur, dirimit matrimonium, post contractum: alias solum impedit, & non dirimit. h. d. secundum Zen.

Bonifacius VIII. Britren. Episcopo.

**Q**uod b votum debeat dici solenne, ac ad dirimendum matrimonium efficax, nos consulere voluisti. Nos igitur attendentes, quòd voti solennitas ex sola constitutione ecclesiae inventa: matrimonii verò vinculum ab ipso ecclesiae capite rerum omnium conditore, ipsum in paradiso, & in statu innocentiae instituentem, unionem & indissolubilitatem accepit. Praesentis declarandum duximus oraculo sanctionis, illud solum votum debere dici solenne, quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quòd solennizatum fuerit, per susceptionem sacri ordinis. Aut per professionem expressam vel tacitam factam alicui, de religionibus per sedem Apostolicam approbatis. Reliqua verò vota, etsi quandoque matrimonium impediant contrahendum, & quanto manifestius sunt emissa, tanto propter plurimum scandalum, & exemplum durior poenitentia transgressoribus debeat: non tamen rescindere possunt matrimonia post contracta.

## DE STATV REGVLARIVM.

## TITVLVS XVI.

## CAP. I.

Moniales tacite vel expresse professa, clausuras monasterii extrahi non possunt, nec alii ad illas intrare: nisi causa legitima & superiorem licentia interveniat. h. d.

Bonifacius VIII.

**P**ericuloso & detestabili quarundam monialium statui (quae honestatis laxatis habent, & monachali molestia sexusque verecundia impudenter abjectis, extra sua monasteria, nonnunquam

a Vid. b. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. & q. 119. art. 4. & 5. b Vid. b. Thom. & ibidem Cajetanum 2. 2. q. 88. art. 7. c Innuit, quòd moniales corrumpuntur: & an talibus ac illis, qui publice volunt, sit dandum corpus Christi? gl. 1. de filia. 27. qu. 1. vid. doc. in 4. si quando dicatur rapere. C. de Episc. & cler. Fine.

FFFF

per habitacula secularium personarum discurrunt, & frequenter intra eadem monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem voluntate spontanea devoverunt, gravem & offensam, religionis opprobrium, & scandalum plurimorum providere salubriter cupientes, presentis constitutione perpetuo irrefragabiliter valitura, sancimus: universas & singulas moniales presentes, atque futuras cujuscunque religionis sint vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de cetero permanere clausura: ita, quod nulli earum religionem tacite vel expresse professæ, sit vel esse valeat quacunque ratione vel causa (nisi forte tanto & tali morbo eviderentur earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis abque gravi periculo seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas: nullique aliquatenus inhoneste personæ, nec etiam honestæ (nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit, speciali licentia) ingressus, vel accessus pateat ad easdem: ut sic à publicis & mundanis conspectibus separata, omnino servire Deo valeant liberius, & (lascivendi: opportunitate sublata) eidem corda sua & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire.

*In monasterio non mendicantium, tot fores debent recipi, quot poterunt sine penuria sustentari, & ultra non valet receptio. hoc dicit. Dominicus.*

Sanè, ut hoc salutare statutum commodius valeat observari, districtius inhibemus, ne in monasteriis ordinum non mendicantium aliquæ recipiantur de cetero in fores, nisi quot poterunt, de ipsorum monasteriorum bonis live provenientibus absque penuria sustentari: si secus actum fuerit, irritum decernentes.

*Abbatissæ Principibus secularibus, ad fidelitatis sacramentum prestandum adstrictæ, si non possunt per procuratorem jurare, personaliter exeundo monasterium jurabunt, absque dilatione ad monasterium reditura. Dominicus.*

Verùm quando Abbatissa vel priorissa, cujusvis monasterii pro feudo, quod monasterium ipsum tenet ab aliquo Principe, seu domino temporali, sibi debet homagium, vel fidelitatis sacramentum præstare (nisi quod per procuratorem illud præstare possit efficere apud eum) de monasterio cum honesta & decenti societate exire poterit eo casu licenter, homagio factò, quàm primum commode poterit, seu fidelitatis præstito sacramento ad ipsum monasterium à vestigio reversura: sic quod in fraudem residendi, sive moræ clausuralis, nihil fiat omnino.

*Compelluntur domini temporales, per censuram ecclesiasticam, ut in sui curia admittant Abbatissas per procuratores litigare. Ecclesiasticis vero in temporalibus & spiritualibus earum procuratores admittere debent. Dominicus.*

Potro, ne moniales causam, seu occasionem habeant evagandi, Principes seculares, ac alios dominos temporales: rogamus, requirimus & obsecramus b per vicegeram misericordiam Iesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum nihilominus susdentes, quod Abbatissas ipsas, & priorissas, ac moniales quascunque, monasteriorum suorum curam, administrationem, negativè gerentes, quibuscunque nominibus censeantur, per procuratores in suis tribunalibus seu curiis litigare permittant: ne pro constituendis procuratoribus (qui ad ornatum in aliquibus partibus nuncupantur) seu aliis hujusmodi, eisdem oporteat evagari. Si qui verò contra præsumpserint, exhortationi hujusmodi rationabili, atque sanctæ obtemperare nolentes, cum sit juri contrarium, quòd

*a. Aliter autem hic legitur gravamen, offensam & religioni. b. Not. dom. & Phil. quod verba rogatur in materia precepti sunt præceptiva. gloss. 11. quest. 3. c. rogo. not. in l. age. c. de transf. de quo vide Tiracell. tract. de panis temperandis aut ramistend. causa 24.*

mulieres (præsertim religiose) per seipsas litigantur, & à via deviet honestatis, & periculum animarum inducat, ad hoc per suos ordinarios ecclesiasticos censura ecclesiastica compellantur. Episcopis autem, aliis prælati superioribus & inferioribus quibuscumque injungimus, quòd & ipsi causas seu negotia, que præter moniales habeant agere coram ipsis, aut in curia eorum, sive sint homagia, fidelitatis sacramenta, litæ, vel quicquid aliud, ipsa per procuratores earum fecerint & tractari.

*Ordinaris locorum, in subjectis monasteriis propria, inceptis Apostolica auctoritate clausuram procurare debent: nec est propter hoc in aliis casibus jurisdictione in exemptis ea attributa locuti. Dominicus.*

Et quoniam parum esset condere jura, nisi essent quæ executioni debent demandare, Patriarchis, primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis universis, summissa in virtute sanctæ obedientiæ, seu obsequii divini, & interminatione maledictionis æternæ, præcipimus mandamus, quatenus eorum quilibet in civitate & diocesi propria, in monasteriis monialium sibi ordinato jure subjectis, sua, in iis verò, que ad Romanam immediate spectant ecclesiam sedis Apostolicæ auctoritate: Abbates verò & alii, tam exempti, quam non exempti prælati ecclesiarum, monasteriorum & ordinum quoruncunque in monasteriis hujusmodi sibi subjectis, de clausura convenienti, ubi non est ipsorum monasteriorum expensis & fidelium elemosinis, quis ad hoc procurare diligentius faciendâ, & de ipsis monialibus includentiâ, quam primum commode poterint, providere precorent, si divina, ac nostræ indignationis voluerint accompaniam evitare: contraditores atque rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postpositâ compellentes: invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis. Per hoc autem in monasteriis exemptis ordinari locorum, quoad alia nullam sibi erendant jurisdictionem vel potestatem, aliquatenus attributam.

**DE RELIGIOSIS DOMIBVS.  
TITVLVS XVII.  
CAP. I.**

*Non licet novitas ordinem vel religionem, aut habitum religionis creare & assumere. Et revocati sunt ordines monialium per Papam non approbati, creati post Concilium Damianum.*

*Gregorius X. In Concilio generalis Lugdunen.*

**R**eligiosam diversitatem nimiam (ne confusione induceret) generale Concilium à consuetudine prohibitionis vetavit c. Sed quis non solum importuna petentium inhiat illarum postmodum multiplicationem extorsit, verum etiam aliquorum præsumptuosâ temeritas diversorum ordinum, præcipue mendicantium (quorum nondum approbationis inchoate principium) effrenatam quasi multitudine advenit: repetita constitutione districtius inhibentes, per aliquis de cetero novum ordinem aut religionem adveniat, vel habitum novæ religionis assumat. Cunctis ad assumptam religionem & ordinem mendicantes post dictâ concilium adinventos, qui nullam confirmationem sedis apostolicæ meruerunt, per petuam prohibitionem subiacimus, & quatenus processerint, revocamus.

*a. Und. gloss. 11. q. 3. c. rogo. not. in l. age. c. de transf. b. Concil. Later. suo Innocent. III. cap. 11. c. al. vitæ. d. In act. q. ad. ut plurimum legitur ita: cunctis assumptis religionibus & ordinibus, quodam manifestis habet ita: cunctis assumptis religionibus & ordinibus mendicantium, c. al. processerint.*

